

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Aureli[i] Symmachi V.C.P.V. Et Cos. Ord. Epistolarvm  
Ad Diversos Libri X.**

**Symmachus, Quintus Aurelius**

**Neapoli Nemetvm, MD CXVII**

**Widmungsbrief**

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1363>

*Viro præstantissimo*

*Dn.*

S A L O M O N I  
LEIPERO : INCLYTAE  
Reipublicæ Dantiscanæ  
à secretis:

*Salutem dicit*

I O H . P H I L I P P U S P A R E U S .

**V**ERAE Amicitiae vincula numquam  
vel saevis temporum injurijs dissolvi,  
vel dissitis locorum intervallis ullâ  
ratione dirimi posse, id vero tu præ-  
stantissime Dn. Leipere, nuper adeò luculentè  
mihi confirmasti. Cum enim unum & alterum,  
immo tertium jam lustrum exactum sit, quod di-  
uisi corporibus sumus, animis nos semper con-  
junctissimos interea fuisse, litterarū mutua vicis-  
titudo dubitare nos minimè sinit. Enimvero hoc  
tibi affirmo, mi Salomon, te mihi nullâ non horâ  
in oculis fuisse ab omni eo tempore, quo discidi-  
um inter nos factum est, dum Heidelberga indi-  
viduo contubernio uterque melioribus Musis li-

A 2 tare-

## P R A E F A T I O.

4

taremus. Idem de te ut mihi serio persuadim,  
non una tuae mihi testes sunt litteræ, praesertim  
postrema illæ, quibus mihi leta illa gaudia-  
nunciasti de Inclite ac Felicis Republica-  
stræ Senatus Amplissimi propenso erga me fan-  
re atquebenivolentiâ. Quo quidem accepto nun-  
cio, quantopere me recrearis, dicere non possum.  
Animi & grati & memoris hoc tibi tenui-  
seryua esse cupio: ELECTA inquam hacq;  
Aurelio Symmacho Präf. Vrb. Authore summa-  
& gravissimo, sub certos disciplinarum Titulu-  
velut sub unam aciem congregata. Gratam tibi  
hanc mei animi significationem fore confido ut  
ipsius Authoris causâ, quem lucubratiuncula  
meis nitidiorem reddere conatus sum. Quid  
nim aliud est Symmachus (utar verbis Ausoni)  
quam ex omni bonarū artium ingenio collecta  
perfectio? Stili autem delenifica ista facundia  
cui magis probari queat, quam tibi, qui tam  
Illustri Rep. ab Epistolis esse soles, cuique iam  
non obscuris legationibus operam utilem nava-  
sti? Sed tu certus iudicij mei de te, nunc recusa-  
laudari: eoque plura scribere parco. Hunc mihi  
quæso affectum porro persevera, Vir CL. & Vale  
Neapoli Nemétum. Anno ɔi C X V I I  
Kall. Martij.

ELE.